GODEFRIDUS ADMONTENSIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 83r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25968
Copyright: Admont, Benediktinerstift



In tribus nominibus istorum patrum tres uirtutes fidem. spem. et ca
ritatem accipe. in abraham fidem. in ysaac spem. in iacob caritatem.
Memento inquit abraham. ysaac et iacob. Ac si homo mediatorem suum
xpm dnm. in hec compellet uerba. Memento abraham. hoc est
memorare dne fidei mee. quam tibi ostendi et exhibui. Licet enim
modica sit et indigna fides mea. tamen in hoc fidelis coram te
uolo inueniri et estimari. quod mundum reliqui. et ad te confugi.
ad te ueni. Memento quoque ysaac. idem immense spei mee recor
dare qua in te et de te confido. sperans me per te cunctorum re
missionem accipere peccatorum. et dimissis tandem peccatis meis.
tuorum me quandoque in eterna uita participem fieri gaudiorum. Mem
to etiam iacob. dilectionis dico mee. qua te et proximum meum
inquantum tu dederis diligere curabo. Item alio modo potes ac
cipere. quod dicit. memento abraham. ysaac et iacob. Nam idem
est ac si dicat. Sicut quondam electus tuus abraham. primus omnium
propter amorem tuum terram et cognationem suam reliquit. sic et ego
et si minus perfecte. huius imitator factus. terram meam. cognati
onem meam. omnium amicorum meorum solacio destitutus reliqui.
Unde quia quantum te donante potui feci. sit queso in conspectu
tuo acceptabile. et memor esse digneris. quia etiam uoluntates bo
nas comprobare dinosceris. Memento quoque ysaac. Ysaac quondam
oblatus est tibi iugulandus et immolandus. et nisi diuinitus
pater admonitus fuisset. filium occidisset. Sed et in hoc aliquid ha
beo. quod imitatus sum ex parte. Ysaac ille tuus sum ego. qui
tibi dne corpus et animam meam obtuli et sacrificaui. cottidie pro
te immolor et sacrificor. et si inuitus aliquando patior. tamen
quia districta est regularis uite disciplina. totum propter te susti
neo. Et hoc queso gratum tibi sit et acceptum. qui dignanter in
tueris uota et sacrificia humilium. Memento etiam iacob. qui
laban pro rachel et lia diu seruiuit. nocte et die gelu et estu